



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. De Providentia erga ejus Personam.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT II.

De Providentia, quam Societas
exercet erga Præpositum
Generalem.

SECTIO I.

De Providentia erga ejus Personam.

1.  Ed tam ampla Præpositi Generalis auctoritas tum ipsi, tum Societati periculosa extitisset si nullam unquam sibi superiorem agnosceret: prudentissimè ergo consultum, ut Societas exerceat erga Generalem providentiam suam sex in rebus, & multum in illum potestatis habeat; & ut Generalis ad bonum omnia potest; ita, si male ageret, omnino subiectus sit. ^a

2. Prima igitur providentia versatur, circa res externas vestitus, victus, & expensarum quarumlibet ad Personam Præpositi spectantium; quæ omnia augere, vel imminuere Societas poterit: & huic Ordinationi Præpositus acquiescet. Quo in genere, cum Regula olim constituta esset de mensa ejus privata, cibo tamen communi,

Quàm convenientis aliqua subordinatio Præpositi Generalis.

a P. 10. §. 8.

Circa victum, & alias expensas.

quam laudata consuetudo confirmaverat; postmodum totis animis commendata ejus subtractio; quam P. Mutius p. m. induxerat, petieratque, ut perpetua lege decerneretur. *b* Alimenta verò Generali suppeditanda sunt ab ea Domo, vel Collegio, ubi deget; & expensæ itineris, si quod agit, fient ab iis quorum bono iter susceptum est; si tamen pro negotiis Societatis illud faciat. *c*

b P. 9. C. 4. §. 2.
& C. 5. §. 2. &
C. 1. D. 76. &
C. 3. D. 38. &
C. 7. D. 7.

c C. 2. D. 82.

*Circa corporis
curam, & So-
cium, & ani-
mam.*

d P. 9. C. 4. §.
3. & C. 5. §. 2.

e C. 8. D. 55.

f P. 9. C. 4. §. 4.
& C. 5. §. 2.

*Hæc omnia per
Assistentes, &
Admonitorem
prestanda.*

g P. 9. C. 4. §. 4.
& A. & C. 5. §.
2. & C. 1. D.
82 & R. Assist.
& Adm.

3. Secunda ad corporis curam pertinet; ne in laboribus, vel rigore nimio mensuram excedat. *d* Quamquam non expediat loco temporalis Coadjutoris, adhiberi à Generali Sacerdotem, qui adstet ad ejus januam admittendi causa adeuntes; poterit tamen uti alicujus Sacerdotis opera in iis, quæ opportunius tali personæ committenda judicaverit. *e* Tertia ad Animam ejus spectat; cum etiam Viris perfectis aliquando hujusmodi cura sit necessaria. *f*

4. Circa hæc tria resque alias minus graves Societas exercet providentiam suam, mediis Assistentibus, & Admonitore; de quorum officiis infra agetur: hic monuisse sufficiat; Assistentium esse, in duobus prioribus dicere, ac efficere, quod ad majorem Dei gloriam pertinere judicaverint: in tertio verò dicere tantum, idque per Admonitorem. *g*

5. Præterea cum novissimè P. de Noyelle p. m. severam admodum censuram sibi vellet imponere, ab Assistentibus identidem exercendam; & à Congregatione Generali enixè postulasset, ut eam stabili Decreto sanciret: negavit Congregatio expedire tam arctis vinculis suum Generalem constringere. Ut tamen aliqua ex parte ejus desiderio satisfaceret, statuit; ut deinceps PP. Assistentes, tertio quoque mense convenientes, inter se discuterent; num aliquid sit, de quo monendus Generalis videretur; quod & præstarent, si dimidia saltem illorum pars monendum esse censuisset. *h*

Consultatio Assistentium in ordine ad Generalem.

h C. 12. D. 7.

6. Quarta materia exercendæ Providentiæ erga Generalem est, quando is urgere- tur (citra obligationem tamen sub poena peccati) ad aliquam dignitatem, in qua Præpositi officium necessariò relinquendum esset: tunc enim nec Præpositus eam admittere potest, sine approbatione Societatis; nec Societas, si obedientia Sedi Apostolicæ debita non compulerit, assensum præstabit. *i*

Quid agendum, cum nova Dignitas Generali offerretur.

i P. 9. C. 4. §. 5. & B & C. 5 §. 6. & E.

7. Singulis Hebdomadis Sacerdotes unum Sacrum facient, reliqui verò Coronam dicent ad intentionem P. Generalis:

Sacra ad ejus intentionem vel pro ipso facienda.

ea tamen Sacra non ita à Generali appli-

l Catal. Miss.

canda sunt; ut alii quicumque exinde solvantur ab obligatione Missarum ob elemosynas receptas, recipiendas. ve celebrandarum. *m C. 12. D. 8.* Demortuo autem Generali, qui sunt in eodem loco Sacerdotes, quinque Sacrificium Missæ offerant; & reliqui totidem Coronas recitent: in aliis autem locis per universam Societatem, tria Sacra Sacerdotes facient, & reliqui tres Coronas dicent. *n Off. Vic. §. 2.* Præter hæc Sacra, precesque, in nostris ubique Templis Officium Defunctorum dicendum, & solemne Sacrum cum Exequiis, cui privata sua adjungent eadem die Sacerdotes, & reliqui Coronam. *o C. 7. D. 5. & C. 12. D. 56. §. 5.*

S E C T I O II.

De Providentia in iis, quæ ad Generalis officium pertinent.

Quid si inutilis sit effectus.

p C. 1. D. 48. I. **Q**uinta est: si accideret, ut valde remissus esset in rebus magni momenti, ad Præpositi Officium pertinentibus, & inutilis ad gubernationem Societatis, propter corporis gravem ægritudinem, aut senium (non autem ob voluntariam incuriam) *p* spe emendationis ea in parte sublata. Tunc enim Vicarius, qui Generalis officio, fungatur, est eligendus ab